



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De Imitatione Christi Libri Quatuor

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput V. De propria consideratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45780)

Et si est alicubi tribulatio & angustia, hoc melius novit mala conscientia.

Sicut ferrum missum in ignem amittit rubiginem, & totum candens excutitur: sic homo integre ad Deum convertens a corpore exuitur, in novum hominem transmutatur.

3. Quando homo incipit tepescere, tunc parvum metuit laborem, libenter externam accipit consolationem.

Sed quando perfecte incipit se vincere, & viriliter in via Dei ambulare: tunc minus ea reputat, quam sibi gravia esse sentiebat.

CAPUT V.

De propria consideratione.

1. **N**on possumus nobis ipsis nitere, quia sæpe gratia nobis deest, & sensus.

Modicum lumen est in nobis, hoc cito per negligentiam amittimus.

& Sæpe etiam non advertimus, quod
ala co tam cæci intus sumus.

Sæpe male agimus, & pejus ex-
m am cusamus.

ens e Passione interdum movemur, &
Deum zelum putamus.

tur, Parva in aliis reprehendimus, &
tatur, nostra majora pertransimus.

tepefo Satis cito sentimus, & pondera-
rem, mus, quid ab aliis sustinemus: sed
solati quanti alii de nobis sustinent, non
advertimus.

t se vi Qui bene & recte sua ponderaret,
i amb non esset, quod de alio graviter ju-
e, qu dicaret.

2. Internus homo suiipius curam
omnibus curis anteponit: & qui sibi-
e. ipsi diligenter intendit, faciliter de
aliis tacet.

s nim Nunquam eris internus, & devo-
atia n tus, nisi de alienis silueris, & ad
teipsum specialiter respexeris.

obis, Si tibi, & Deo totaliter intendis,
amitt modicum te movebit, quod foris
percipis.

F

Ubi

Ubi es, quando tibiipſi præſens non es? & quando omnia percurſiſti, quid (te neglecto) profeciſti?

Si debes habere pacem, & veram unionem: oportet, quod totum mundum huc poſtponas, & te ſolum præ oculis habeas.

3. Multum proinde proficies, te feriatum ab omni temporali curâ conſerves.

Valde deficies; ſi aliquid temporale reputaveris.

Nil magnum, nil altum, nil gratum, nil acceptum tibi ſit, niſi per Deum, aut de Deo ſit.

Totum vanum exiſtima quidquid conſolationis occurrit de aliqua creatura.

Amans Deum anima ſub Deo deſpicit univerſa.

Solus Deus æternus, & immenſus, implens omnia, ſolatium animæ & vera cordis lætitia.